

Der liber constructionis monasterii ad s. Blasium.

87

credebant. (53.)* Unde pater spiritualis accedens ad ipsum fluvium, quasi ratione uteretur, sic eum alloquitur: „o Alba, si vis esse bonus convicianus**, sicut necessitas nostra expellit, tunc noli ulterius vexare cum tua exundatione infesta, sed in alvei tui cursu quietus maneto.“ Mira dicturus sum: alveus iste, ac si ratione uteretur praecipientis verbo paruit, divinâ, ut credo, potentia repressus, ita ut per mullorum annorum spatia in nullo eos laedendo, quiete alvei sui meatum tenuit.

22. (54)*** Post haec, multis temporum annis elapsis, ordinaverunt sibi priorem et illi subiciebantur cum omni obedientia, tam in spiritualibus, quam in saecularibus causis, sicut obedientiae bonum expetebat, attendentes illud †: „obedientiam malo, et non sacrificium.“ (55.) Venerabilis autem pater vigilanter inserviens moribus singulorum, cum magna cautela ac fide observabat conventum sibi commissum, per omnia luporum incursus praecavens. (56.) †† Sicque evenit, ut in brevi locus iste elevaretur in sollempnem¹ statum, in tantum, quod nobiles filios suos ††† illi patri et conventui, sub patrocinium beati Blasii commendarent, qui pueri adulti et in sacros ordines promoti, praesbyterii gradum conscendentes laudabiliter se tenuerunt, in tantum, quod in brevi scholam pro² se tenuere in loco.

23. (57.) Sicque actum est, ut uno priore abscedente³ communi decreto alium eligerent, vitam laudabilem, sanctitate ac sapientia caeteros excellentem, deo

¹ sollempnem, §f. ² per prima m. ³ absced., §f.

* Von P. G. Meyers Hand: praeceptio spiritualis patris erga fluminis impetum.

** Das Wort convicianus fehlt bei Forcellini, die neueste Ausgabe desselben (von 1864) von Covradini hat aber convicianus als gleichbedeutend mit convicianus aus Cassiodors hist. eccles. aufgenommen. Du Cange ed. Henschel s. v. convicianus fñhrt zwei Stellen für dieses Wort an, wovon die eine den orig. Murensis monast. entlehnt ist. Nach diesen heißt convicianus ein Mitglied derselben Diöcese oder Pfarrei und hatte also eine von convicianus verschiedene Bedeutung. Daraus darf man wohl schließen, daß diese Stelle hier nicht vom Anonymus des 14. Jahrhunderts herrührt, sondern gleichzeitig mit den origines Murensis monast. ist. S. unten Buch 2 Kap. 9 die Note über das Wort novalia.

*** Note von P. G. Meyers Hand: Priorem elegerunt fñnnte im Originale die Capitulüberschrift gewesen sein.

† Reg. I. 15, 22.

†† Herrgott bemerkt hiezu: Haec omnia ad saeculum XI. referi Bertholdus Constantiensis, et consequenter accipienda de temporibus Gisilheri abbatis, quibus Fructuarienses constitutiones in Cellam s. Blasii illatae sunt.

††† Für diese Stelle ist der rotulus defunctorum benützt worden. S. Bd. 3 S. 599.

placentem, per quem locus et conventus decenter regi posset, et illi actitabant per multa curricula annorum usque ad tempus Othonis magni, imperatoris [fol. 6*]. (58) * Huius igitur imperatoris tempore obiit prior huius loci, tunc fratres communi consilio et deliberatione elegerunt sibi unum ex ipsis nomine Beringerum**, virum devotum et per omnia probatum, in priorem. (59.) In huius ergo potestatis sublimatus dignitate statim se ipsum sibi que commissos coepit gubernare secundum deum.

24. (60)*** Quidam ergo de eius fratribus quasdam res sine licentia suscipientes ad suam peculiaritatem reservaverunt, quo comperto idem venerabilis pater, accenso igne in medio claustrum, herbario easdem res tradidit incendio. Secundum regulam enim s. Benedicti noluit eos quidquam habere proprii. — (61.) † Quidam monachus de quodam alio monasterio huc ad servendum deo transmissus instabilis est factus. Hic ab eodem venerabili patre saepe amonitus, ut hic in servitio dei esset stabilis, consentire noluit. Tandem ergo videns, quod eum retinere non potuit, abire permisit. Qui ita discedens postquam ad illum locum pervenit, ubi cito sylvam exire debuit ††, ad conviatorum suum dixit: „adiuva me“, hoc verbo dicto statim corruit de caballo, et mortuus est extemplo¹.

25. (62) ††† Ad eiusdem etiam patris hoc refertur virtutem, quod cum quadam die diluculo eius celerarius sibi indicaret, panes in refectorio fratribus apponendos² se non habere, tale illi responsum dedisse: „permitte fratres deo suum servitium facere, quia eius potentiae et possibilitatis est, hora refectionis illos cibare.“ Jam ergo hora refectionis appropinquante qui-

¹ timplo, §f. ² oppon., §f.

* Herrgott: Haec repugnant diplomati Ottoniano, in quo signatum legitur, Reginbertum eremitam primum ad Albam inhabitare coepisse, ac consequenter ante Ottonis tempora nulli fuere priores. Herrgott spricht auch unten Kap. 23 noch von einer Urkunde Otto I. von 963 für St. Blasien. Auch die Engelberger Annalen (verhältniß St. Blasische genannt) setzen diese Urkunde in's Jahr 963; die Stelle lautet: 1143 iste est annus 180, ex quo datum est edictum. S. Perz mon. ss. 17, 278. Quellenf. 3 S. 598. R. Fr. Stumpf, Die Reichscanzler II. S. 29, 30, kennt keine solche Urkunde vom Jahre 963, wohl aber die von Otto II. von 983 l. I. S. 73.

** Herrgotts Handnote: Beringerus prior.

*** Herrgotts Note: punit proprietarios.

† Herrgott: Inconstantia in vitae proposito a deo punitur.

†† Von P. G. Meyers Hand: Prodigium triste, aber ausführlicher.

††† Herrgotts Note lautet: Deus propter merita Beringeri fratribus panem sufficienter largitur.